



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

7 leiunare dicitur, qui necessitate ductus, aliud non habe[n]s, carnes comedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

- 2 Reliquias sanctorum in collo, ad eorum honorem portare licet.
- 3 Synodus Prouincialis, vel episcopalis, ne crucis signum humi sculpatur, statueret potest.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 2.

- 1 Reliquias Martyrium sicut extra Capsulas vbi repositæ sūt, extrahere, aut veniales exponere graue peccatum est; cap. 2. de reliq. & ven. sanc. & l. Cæsarea, 3. C. de sacrosanct. eccl. ita terram puteo ianam intra quam verisimile est Sanctos martyres esse sepultos, extrahere, & terram illam per campos passim di pergere peccatum mortale censetur; quando quidem maior irreuerentia eis sic fieri videtur, quā si reliquiæ eorum veniales aliquibus in finem reuerenter eas colendi exponerentur.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

- 2 Corpora sanctorum sepulta, quamvis sine licentia de loco ad locum transferre non liceat, i. & vlt. C. de religio. & sumpt. fun. eorum tamen reliquias vel in aliquo oratorio honetto, aut area decenti seruare, vel etiam ad prælia, & loca periculosa, aut circa collum, ad honorem sancti, cuius illa sunt ob fiduciam, & spem intercessionis eius ad diuinam Maiestatem secum habere & portare licet, dummodo id sine aliqua vanitate, & superstitione fiat qualis est quod vas sit, i. angulare, aut de ista, vel illa materia; ita S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. & Syluest. verb. reliquias, quaest. 5.

DECISIO III.

Ex cons. 3. in vtrisque.

- 3 Synodus Prouincialis, vel Episcopalis, ne crucis signum in aliqua re humi iacente pingatur, vel sculpatur, statueret potest non solum ex eo quod in plerisque patribus ab huiusmodi pictura, & sculptura iustus de causis abstinere, sed etiam quia id olim ialem lege Cæsarea, l. 1. C. nemini licere sig. statutum est. Et episcopus contra ius nouum illud ad antiquum reducendo aliquid legitima de causa statueret valet: c. in his c. catholica d. 1. Pan. in c. quod sit per his, de maior. & obed. & Nau. in Man. cap. 2. i. num. 5.

TITVLVS XXXVI.

De obseruatione ieiuniorum.

SUMMARIVM.

- 1 Ieiunium vigiliæ Pentecostes, de præcepto est.
- 2 Ieiunare potentibus famulis, dominus dans cenā peccat.
- 3 Dispensatus vt secreta, & sine scādalo diebus pisculæ carnis vesci possit, coram socijs id facere nequit.
- 4 Dispensatus a ieiunio a confessore imposto non liberatur.
- 5 Bullam habens Cruciatæ, lacticiæ, vel pisces diebus interpolatis edere potest.
- 6 Ieiunium quadragesimæ duo includit, et quæ illa sint.
- 7 Ieiunare dicitur, qui necessitate ductus, aliud non habes, carnes comedit.

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtrisque.

- 1 Ieiunium Vigiliæ Pentecostes de præcepto est, c. nosse, c. de ieiunio. d. 76. & gl. ibi. prout generalis ecclesiæ cōsuetudo obseruare videtur.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 3.

- 2 Dominus animaduertens famulos suos, cum possent non ieiunare, & eosdē admonens, vt si possint, ieiunent; si postea sine causa iusta eos ieiunium frangere sciat,

ijdem cenam denegare tenetur, & cenam ieiunare potentibus dans peccat.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 4.

- 3 Dispensatus vt carnes diebus pisculæ secreta, & sine scādalo comedere possit, illis coram socijs, quibus cum ordinare comedit, vesci non potest. Quia mens & intentio Papæ cum tali clausula dispensantis esse videtur ne solito modo cum alijs socijs domesticis, & exteris aduenientibus comedat; in omnibus autem dispositionibus mens & intentio dispensantis seruanda est, c. fi. de præb. & l. in omnib. ff. de cond. & dem.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 5.

- 4 Cruciatæ concessa cum clausula, vt qui illam acciperent, ova & lacticiæ diebus, quibus est indictum ieiunium ecclesiasticum comedere possint, & satisfacere huiusmodi ieiunio; dummodo alia, quæ requirit ieiunium, seruent; ad ieiunia feræ quartæ, sextæ, & sabbati ob Iubilæum indicta, non extenditur. Quia cum dispensationes quæ a iure communi exorbitant, quale est privilegiū prædictæ clausulæ Cruciatæ, odiosa sint, & restringendæ, c. Ea quæ, & c. odia. de reg. iur. in 6. & aliud est ieiunium ecclesiasticum a iure communi, indictum, & aliud a confessore in pœnitentia impostum, & aliud a voto implendum, & aliud ob Iubilæum a Papa iniunctum, & a quibus non fit illatio, l. Papinianus. ff. de minoribus, consequenter privilegiū datum ad moderandum ieiunium ecclesiasticum a iure communi institutum, ad ieiunium ex voto, vel a confessore iniunctum, vel a summo Pontifice ob Iubilæum indictum, vel a superiore ad aliquem particularem respectum alicui impostum, non est extendendum.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 18.

- 5 Villam habens cruciatæ, licet lacticiæ, & pisces diebus interpolatis, vel etiam lacticiæ in vna refectione, & in altera pisces, ob necessitatem, de consilio medici, & confessarij edere possit; simul tamen in eodem prædicto lacticiæ, & pisces, virtute illius cruciatæ comedere non potest. Quia in priori casu contingere potest, quod in altera illarum comestionum habeat necessitatem comedendi lacticiæ & non in alia; quæ autem vice edendi illa necessitatem non habet, & commodè piscibus vesci possit, lacticiæ comedere non debet, quia cessat causa edendi in Bulla expressa; in casu vero posteriori, quia semper erit peccatum pisces in eodem prandio, vel eadem cenā comedere, nunquam erit licitum; si enim pisces comedere non possit sine damno notabili suæ salutis, eos comedendo peccat mortaliter; si uero iterum, si parum piscium comedendo solummodo ei parum noceret, ita Innocen. recept. in c. tua de homic. & Nau. in Manu. c. 1. §. uij. 13. si vero eos comedere non potest, caret consequenter necessitate comedendi lacticiæ, vnde nec illa per tenorem Bullæ cruciatæ licite comedere potest.

DECISIO VI.

Ex cons. 2. in Nouis, deest in antiquis.

- 6 Ieiunium quadragesimale duo præcipit, vnum, vt totam; Alterum, vt singulos dies ieiunemus, vnde qui primum fregit, vno, aut altero die non ieiunando, adhuc secundum seruare, & reliquos singulos dies ieiunare tenetur ex S. Th. 2. 2. q. 147. & ibi Car. art. 6. & 7. & Nau. in Man. c. 2. i. nu. 20. & 27.

DECISIO VII.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiquis.

- 7 Ieiunare sicut dicitur is, qui, quia non potest habere panem, & cibos quadragesimales, semel tantum in die comedere carnes, aut ova, aut lacticiæ; eo quod necessitas cibos hos quadragesimales facit, ita etiam probat licite ieiunare dicitur is, cui Papa concessit, vt diebus ieiuniorum carnibus, & ouis vesci poterit, dummodo seruet alia quæ requiruntur.

requirit ieiunium: quando quidem concedendo huiusmodi facultatem, vt etiam carnes, & ova huic privilegiato cibi quadragesimalis, & diebus ieiunij conuenientes sint, Papa concedere censetur.

TITVLVS XXXVII.

De immunitate ecclesiarum.

SYMMARIVM.

- 1 Gabellas personales, vel de rebus suis, clerici non debent.
- 2 Statutum vt confrater sine consensu fratris non possit confratrem in ius vocare, non est contra libertatem ecclesiasticam.
- 3 Index laicus extrahens aliquem ab ecclesia exempta incurrit poenam, nisi restituat.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

Cum iure cōi canonico, clerici gabellas personales, seu portoria pro fructibus de suis hortis, arboribus & prædijs suis collectis, & amico alicui, vel domino, etiam extra territorium existentem non transmissis, aut pro rebus proprijs, quas intra territorium suum vendunt, soluere non debeant, c. negociatorem, & c. eiiciens. d. 88. & toto tit. ne cleric. vel monachi, & l. 1. & 2. & toto tit. ff. & C. de don. Pa. lib. 1. conf. 6. & Dec. cōf. 1496. sed solum pro rebus, quas negociandi causa, aut alio cōtractu non gratuito extra territorium vendunt, cle. vlt. de censib. non pōt Respublica nouum pedagium imponere, ita vt ecclesiasticus dono mittens fructus aliquos etiam ad ecclesiasticos extra territorium, portorium seu pedagium soluere teneatur. Ita Nau. in Man. c. 17. nu. 201. Secus tamē si dolo, vel fraude excusandi portorium aliquod nomine doni mitteret, factō prius expresse, vel tacite pacto, vt is, cui mittitur, tantundem, vel plus remittat nomine doni: cū fraus, & dolus nemini patrocinari debeant, c. Sedes Apostolica. de refer.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 6.

- 2 Statutum a Confratria factum, vt nullus confratrum alterum confratrem coram iudice seculari, vel ecclesiastico super temporalibus, vel spiritualibus conuenire possit, nisi de consensu Prioris dicte Confratriæ, sub pena expulsiōnis a Confratria. neque malum est, neque contra libertatem ecclesiasticam; eo quod in effectu nihil aliud quam consilium Apostoli, quod habetur 1. Corin. 6. continet: Absurdum autem est aliquid ab Apostolo cōsultum, contra libertatem ecclesiasticam ceteris; Neque statutum illud quēquam ad illud seruandum astringit, nisi volentem intrare Confratriam, quam nemo intrare cogitur; neque alia poena Confratrem punit, quam quod esse desinat illius confraternitatis frater, nec aliquod contra libertatem ecclesiæ bona fide seruans, censuram vllam incurrit ex Innoc. in cap. nonerit, de sent. excomm. & Nau. in Man. cap. 27. num. 119.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 1.

- 3 Index laicus al quem ab ecclesia exempta extrahens, nisi captum ecclesiæ restituat peccatum, & poena contra sic extrahentes illatam incurrit.

TITVLVS XXXVIII.

De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

Hic titulus deest in antiquis.

SYMMARIVM.

- 1 Pensionem habens super beneficio quando ad ecclesiæ reparationem tenetur.

DECISIO I.

Ex conf. vnico in Nouis, deest in antiquis.

- 1 Pensionem clericus super beneficio ecclesiastico, & fructibus eius, impositam habens, pro rata ad illius ecclesiæ reparationem tenetur, nisi pensio ita imposita fuerit, vt ab omni onere libera solueretur.

TITVLVS XXIX.

Ne clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immisceant.

SYMMARIVM.

- 1 Clericus beneficiarius, nec presbyter, nec monachus, ius ciuile publice sine dispensatione legere potest.
- 2 Presbyter Doctoratum in iure ciuili assumens nullam poenam incurrit.
- 3 Beneficiatus, sacris, & monachos ars medica est prohibita.
- 4 Bannitis a consue Gregorius XIII. non obligat, sed solum illis fauere prohibet.
- 5 Clericus patrocinando poenam nullam incurrit, nisi mors, aut mutilatio sequatur.
- 6 Tutelam, & curam Minorum suscipere nec episcopus, nec sacerdos secularis cogitur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 5.

- 1 Clericus beneficiarius, qui nec presbyter, nec Monachus est, sine vlla dispensatione ius ciuile publice legere potest, dummodo beneficia, quæ obtinet, nec dignitates, nec Personatus, nec officia sint; c. Multa. de præben. & c. super specul. Ne cler. vel Monach. cum clericis etiam in dignitate constitutis legum ciuiliū auditio tantum, & non prælectio prohibita sit, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 16. Sed neque irregularitas ob prælectionem legum criminalium, neque propter Commentarios super illis compositos, sed tantum propter homicidium, vel mutilationem factam, ope consilio, vel auxilio ad id præstito, & ob eam præstationem consecuto, incurritur.

DECISIO II.

Ex conf. 2. in vtrisque.

- 2 Presbyter beneficiatus, dummodo leges ciuiles sufficienter calleat, Doctoratus gradum in iure ciuili sine incurso alicuius celsuratum, irregularitatis, aut sine amissione beneficii, assumere potest, vt ait Pan. in d. cap. super specul. Nec vlla opus est ordinarij licentia, quia eam ordinarius dare non potest; si tamen sine sufficienti scientia Doctoratum sumat, peccat quidem, ex Glof. in clem. 2. de Magistris, censuram tamen aliquam non incurrit.

DECISIO III.

Ex conf. 3. in vtrisque.

- 3 Clericus simplex, ordine sacro, & beneficio ecclesiastico carens licet officio, & arte medica vtens, non plusquam laicus medicus peccet; sacro tamen ordine insignitus, vel beneficium ecclesiasticum etiam non sufficiens victui honesto habens, eis vtendo peccat; cum officium seculare, cuius exercitium prohibetur clericis, & Monachis, vt colligitur ex toto tit. ne cler. vel monachi. & ex Concil. Trid. sess. 22. c. 1. de ref. exerceat, ita Nau. in Man. c. 25. num. 111. Nullam tamen censuram, aut irregularitatem ob solum artis medicæ exercitium, attentio solo iure communi incurrit, & nulla talis poena, nisi iure expressa sit, incurri solet, c. is qui. de sent. excomm. in 6. DE.